

20 Londinii near Walbrook rep. c. a. 1855 (HUGO), in *Budgerow* (GENT. MAG.). Videtur fragmentum esse epistylii. Mensurae non indicantur. Servabatur penes Th. Hugo.

MATR
VICINIA DESVO RES
Matr[ibus] | vicinia de suo res[tituit]

Th. Hugo *proceed. of the soc. of antiq.* 4, 1856 p. 113; *gent. mag. ser. nov.* 3, 1857 p. 69.

1 MATR *gent. mag.*

Cf. *vicinia Caperensis* C. I. L. 2, 806 et quae ibi adnotantur. Ceterum anaglyphum matronarum trium sedentium titulo carens prodiit a. 1844 in *Hart Street, Crutched Friars* (cf. E. B. Price *assoc. journ.* 1, 1845 p. 249 cf. 9, 1854 p. 161 ss.; C. R. Smith *collect. ant.* 1 p. 136 tab. 47, *Roman London* p. 33.

21 Londinii, arula parva rep. a. 1830, cum fundamenta effodiebantur scholae aurifabrorum novae (*the new Goldsmith's Hall*), *Foster Lane, Cheapside*. Servari dicitur in *the Goldsmith's Hall*.

<i>in latere laevo:</i>	<i>in antica:</i>	<i>in latere dextro:</i>	<i>in postica:</i>
	F O I I		Diana
arbor	H F A I X	arbor	d. sagittam
	A V A I		ex pharetra
	tripes		sumens, s. ar-
	cuni-		cum tenens,
	cius?	urna	cum
			cane

Ph. Hardwick *Archaeologia* 24, 1832 p. 350 tab. 105 (cf. 19, 1821 p. 145); W. Chaffers in *epist. ad C. R. Smith collect. ant.* 1, 1848 p. 130. 134 tab. 45; Archer *vestiges of old London* (Lond. 1851 8.) in tab. non numerata cum brevi descriptione, *Roman London* p. 48 tab. 2 fig. 4.

Litterarum vestigia clare deprehendi affirmat Archer; Hardwick in tabula e tantum litteram depingit; Chaffers litterarum omnino non meminit. Titulum quamvis omnino incertum tamen nolui prorsus omittere, quia qui denuo poterunt examinare fortasse melius legent.

22 Londinii rep. a. 1850 in *Nicholas Lane* prope *Cannonstreet*. Quanquam veri erat non dissimile alteram quoque tituli partem ibi prope latuisse, tamen nec architectum eius quod ibi construebatur aedificii nec magistratus urbanos eo adducere potuit SMITH, ut inquirendi facultatem concederent. Erat lapis magnus (BIRCH), altus p. 2 dig. 4, latus p. 3, crassus dig. 6 litteris optimis saeculi, ut videtur, primi exeuntis. Servabatur tum in *the Guildhall*, ad imam scalam qua ad bibliothecam ascenditur. A. 1859 vero inde remotam esse observavit SMITH; ex quo tempore latet.

NVMC
PROV
BRITA

Num(ini) C[aes(aris) et Genio] | prov[inciae] |
Brita[nniae]?

C. R. Smith *gent. mag. ser. II* 34, 1850 p. 114, *collect. ant.* 3 p. 257, *Roman London* p. 29, 11 ligno incisam; Gerhard *archäol. Anzeiger* 1851 p. 5* a Samuele Birch acceptam.

1 NVMC Birch. 'The fourth letter in the first line appeared to me . . . more like a C (which I considered it to be), than it seems to be in the wood-cut' Smith.

24 Londinii rep. a. 1843 in *Playhouse Yard, Blackfriars*, iuxta *Apothecaries' Hall*; postea apud W. Chaffers, nunc in museo Britannico. Est pars superior mutila cippi magni, litteris bonis saeculi, ut opinor, primi, sed parvis et detritis.

dis mani
- . val R · L · F · G al. CELSV s
s PEC · LEG · ii a VG · AI
N · DARDANVS · CV
5 ERIVS · PVDENS
PROBVS · SFeC · Leg
caput
militis
mutilum

[Dis Mani]bus. [- Val]er(ius) L. f. G[al.] Celsu[s s]pec[ulator] leg(ionis)
[II A]ug(ustae). An[tio]n(ius) Dardanus cu[r(ator?)], [[Val]erius Pudens]
[Ter(entius)] Probus sp[ec]ulatores l[eg]ionis eiusdem h[er]edes f[aci]undum) c[ur]arunt|]

23 Londinii rep. a. 1669 in fundamentis ecclesiae S. Martini prope portam Luddanam (vel Luddi i. e. *Ludgate*) per Christophorum Wren architectum; servatur Oxonii inter marmora Arundeliana; in museo Britannico ectypum gypseum est. Est cippus magnus sine ornamentis; litterae sunt rudes.

D · M
VIVIO · MARG
ANO · M · E · G · II
AVG · IANVARIA
5 MARINA · CNIVNX ·
PIENTISSIMA · POSV
IT · ME MORAM

miles
tunicatus, paemula
indutus, cum cin-
gulo, d. pugio-nem
(? aut baculum),
s. volumen tenens

D. M. Vivio Marciano mil(iti) leg(ionis)
II Aug(ustae) Ianuaria Martina coniunx
pientissima posuit memoriam

Contuli. Chandler marm. Oxon. pars 3 tab. 2 fig. 10, Prideaux p. 280, 147, Maittaire p. 46, 140 (inde Gale itin. Anton. p. 68; Mur. 871, 1 'ex actis eruditorum Lips.');

Horsley p. 331 *Middlesex* 1 (inde Hoare *Giraldus Cambr.* p. 126. 132 1 tab. 3, 17); Goughs *Camden* 1 p. 92; *Antiquarian etching club* 4 tab. 40 male; C. R. Smith *collect. ant.* 1 p. 127, *Roman London* p. 22, 1.
1 om. Horsley. 3 M · L · E · G · III Chandl. et similiter Gough, LEG · II (om. mil.) Prid., Maitt. (7 · LEG · II Mur.), M · LEG Smith. Nexum litterarum solita diligentia observavit Horsl. In EG primum elementum constat ex L et E. 5 MARINA praeter Horsleium omnes.

Descripsi. W. Chaffers (1843) in C. R. Smith *collect. ant.* 1, 1848 p. 125 C. R. Smith *archaeol. journ.* 1, ed. II 1846 p. 115 (inde citat, non adscripsit, Newton p. 111 adn. f.), *Roman London* p. 26, 7.

4 Primi elementi, quod N fuisse puto, vestigia solus vidi. gv Chaff., Smith. Quod si verum est, poterit cogitari de gubernatore legionis, de quo dixi ad titulum Eburacensem infra n. 238. Cogitavi de curatore aut monumenti aut collegii speculatorum. 5 .. BRIVS Chaff. 6 SR · C · L Chaff., SPOL Smith. Quae in fine supplevi exempli causa, ea potuerunt scripta esse litteris singularibus utrimque iuxta anaglyphum.